190

1510. d. 7. Septembr.

Sigism: I. Rex Polon: Ottoni de Chodecz Palatino Podoliae:

Vojevoda Valachiae per Lras et Nuntium suum questus apud Nos subditos suos à Nris injurijs affici, praecipué verò, quod ad eliciendos et educendos subditos ejus ex Valachia proclamationes faciunt, tanquam Nos denuò bellum Eidem Vojevodae inferre debeamus, faedere recens inter Nos icto postergato, et quod homines ejus fugitivi à Nobis suscipiuntur, neque restituuntur. Quae si haec ita se habent, non possemus ea nisi molestè ferre, et in istos subditos Nros pacis et faederis violatores ad poenas procedere. Itaque cum ad Nos isthic pertinet et pacem custodire et temerarios istos homines pro officio Nro coërcere, mandamus Stti tuae, ut pacem ne violetur, custodiat, justitiam ministret, fugitivos homines reddi Valachis jubeat et venientes suscipi vetet. Idque publicâ proclamatione ubiqué denuntiet, et si quispiam secus facere ausus sit, sciat se indignationem Nram effugere non posse.
1510. 7. Septembr.

Valachica